



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

De virtute spei. Exercit. 68.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

DE VIRTUTE SPEI.

Exercit. 68.

Rom. 5. *Spes autem non confundit.*

Rom. 8. *Spe salui facti sumus.*

Psal. 70. *Domine spes mea, à iuuetute mea.*

Psalm. 30. *In te Domine speraui, non confundar in aeternum.*

Consideratio.

CONsiderabimus, quam secura sit spes Christianorum, cum Dei qui fidelissimus est, & non potest negare seipsum, promissionibus innitatur: ac proinde quemadmodum fieri non potest, vt Deus deficiat: ita fieri non potest vt verba ipsius re ipsa non perficiantur.

Gratiarum actio.

GRatias referemus Deo, quod promiserit nobis bona ineffabilia æternæ beatitudinis: atque vt illa speremus iubeat: Gratias etiam agemus ei, pro admirabili auxilio, quod nobis, vt ad bona hæc pertingere possemus,

§ +

sup-

suppeditavit, quando vnigenitum filium suum, humana carne vestitum, & pro nostra salute mortuum, cum omnibus meritis ipsius nobis donavit.

Confusio.

PVdore suffundemur: quod cor nostrum caducis & fallacibus præsentis vitæ bonis, immo dice affixum esse videamus; cum tamen vera & æterna bona, quæ in altera vita nobis conferenda sint, speremus.

Petitio.

ROgabimus Deum, vt in animabus nostris spem excitet, quo cuncta quæ mundi sunt immunda esse iudicemus, & contemnamus, atque omnibus laboribus & aduersitatibus in hac vita occurrentibus, sponte nos offeremus.

Oblatio.

Offeremus voluntatem nostram Deo, promptam ad omnia quæ imperauerit & quomodo imperauerit: fiduciam duntaxat habendo in verbis ipsius, sine vllius alterius pigno

pignoris optione.

DE CHARITATE DEI.

Exercit. 69.

Psalm. 17. Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Psalm. Quid mihi est in caelo, & à te quid volui super terram: defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum.

1. Cor. 13. Si charitatem non habuero: nihil sum, nihil mihi prodest.

1. Ioan. 3. Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.

Consideratio.

Considerabimus quam infinitum bonum sit Deus, & quam dignus qui ab omnibus diligatur: quem quantumlibet dilexerimus: maiorem tamen amorem meretur.

Gratiarum actio.

Gratias reddemus Deo, quod non tantum facultatem nobis tribuat, sed etiam iubeat, ut ipsum diligamus: cum tamen amor noster nullius momenti sit: gratias etiam age-

g s mus